

**Obiectio.** **Nescire.** Scientia est certa cognitio de necessarijs, habita per cauam, evidentiā; obiecti, & per applicationem causae ad effectum. Sed quod scientia sit per discursum, & applicationē, hoc est in perfectionis, sicque ex precedenti cognitione dependet. Theologia ergo quantum ad cōditiones illas, que sunt perfectio, videlicet quod sit cognitio certa, & necessaria, & per obiectum per se evidens, non per cauam efficientem est scia in intellectu diuino. Theologia autem beatitudinum est verè scientia, etiam quo ad hoc, quod est ex causa efficiēt, videlicet Deo. Similiter Theologia viatorum, scientia est, & ex discursu habet. **Sed contra ista arguitur:** Quia pars Theologia est de cōtingētibus, ut & filius Dei est incarnatus, & Deus mundum creavit, que non videntur habere scientiam. Respondet, quod nullus intellectus potest intelligere contingens, ut necessarium, nisi eret. Ideo nihil est dicere, quod contingens, ut a Deo sunt cognita, sicut necessaria sunt scientia Dei est contingens, ut contingens. Ideo aliter est de scientia nostra, & de scientia Dei. Necesitas enim, que requiritur ad scientiam nostrā, est necessitas obiecti, non habitus: quia quod homo feci hodie, poterat obliuisci, quis sit de necessarij. Necesitas autem scientia Dei, est necessitas habitus, non obiecti, & ipse certitudinaliter cōtingentia nos cit. Hac Scotus.

**Duratus.** **Nomen theologie tripliciter accipitur.** Cuius dicta in ea obscura, ex suorum sequacium scriptis possunt clariori enodari, nisi prolixitas esset vianda. Breuerius autem tangendo, sicut vnu assertor illorum, quædam est Theologia in se, & quædam in nobis. Theologia in se, est cognitio, que nata est haberi de obiecto Theologico, secundum quod obiectum illud natum est manifestare se intellectui proportionato, quemadmodum verbi gratia, Deus est obiectum Theologicum, & intellectus diuinus est si bi proportionatum: ideo illa notitia, que habeat de isto obiecto in intellectu diuino, est Theologia in se. Illa vero, que de eodem obiecto cauatur in nobis, vocatur Theologia in nobis. Præterea aduentum quod circa hanc questionem multa scribit Durandus de sancto Portiano, inter cetera dicens: In omni disputatione oportet supponere, quid designet per nomen. Ideo antequam descendatur ad solutionem questionis istius, oportet videre, quid importetur nomine Theologia. Videatur autem Theologia secundum nomen suum, tripliciter accipi. Primo pro habitu, que cognoscimus ea, que in sacra doctrina traduntur, & vt in ea traduntur: sicut sci-  
re ea, que in libris continentur philosophorum, vocatur naturalis philosophia. Secundo, pro habitu, quo fides, & ea, que in scripturis traduntur, ex quibusdam principijs nobis notioribus declarantur, sicut que sumit eas Augustinus 14. de Trinitate loquens: Hinc scientia illud tantum tribuitur, quam fides faluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & robora tur, qua scientia multi fideles non pollent, quamvis polleant ipsa fide. Tertiò pro habitu eorum, que deducuntur ex articulis fidei, & ex dictis scriptura, sicut conclusiones ex suis principijs. Si itaque Theologia primo modo accipiatur, non differt a fide: quoniam, que in scriptura traduntur, vt sic, solum auctoritate diuina tenentur. Si autem eis assentire, solum est fidei. Ideo Theologia sic sumpta, non differt a fide: Hinc queritur, an Theologia sit accepta, & scientia: idem est, ac si quereretur, an fides sit scientia. Porro si Theologia secundo modo accipiatur, fides, & Theologia sunt de eodem, nisi quod id, quod tradit, sola tradit auctoritate, Theologia ratione. Ideo queritur, an Theologia sic sumpta, sit scientia:

est querere, vtrum de eodem simili possint haberet fides atque scientia. Sumendo autem Theologiam tertio modo, querere an Theologia sit scientia, est quod rere, vtrum ex articulis fidei possit aliquid demonstrative concludi, quod verè sit scientia.

His ultimis duobus modis, tractat Durandus hanc questionem prolixè: & tenet in primis, quod de eodem possunt in homine simili esse fides & scientia, dummodo illud sit scibile, & demonstrabile homini viatori, alias non. Deinde, loquendo de Theologia tertio modo sumpta, teneret quod non verè nec propriè scientia: & in hoc crecedit a Thoma, Rishardio, ceterisque prædictis. Denique positio nem fuam sic probat: Omnis scientia potest constare de conclusione scita, quod sit vera, & quod impossibile sit aliter se habere: sed de conclusione deducta ex principijs tantum creditis, non potest constare deducendi, quod impossibile sit eam aliter se habere, neque quod sit vera. Non enim plus constare potest de conclusione, quam de principijs, cum notitia conclusio num depèdet ex notitia principiorum, sed de principijs, tantum creditis non potest constare, quod sunt vera, nec quod impossibile sit ea aliter se habere. Ille enim, qui solum assentit alicui dicto propter hoc, quod ab alio dicitur, quantum est ex fide, & qualiter a sentiret cuilibet dicto ab illo, siue verum esset, siue falsum. Sed huic argumento objicit Durandus: quia dum dicens, mentiri non potest, nec falli, tunc credens autoritatem ipsius certus est de veritate dicti ipsius: talis autem est Deus. Cum ergo auctoritate ipsius credamus veros esse articulos fidei, certi sumus de veritate eorum. Ad quod respondet, quod quando conflat de infallibili veritate dicentes, constat de veritate dicti: sed, quod Deus dixerit articulum fidei, non potest (vt videtur) constare viatori, oportet enim, quod illi videat verbum diuinum in se, & sic non est viator, sed comprehensor: aut quod audierit eum in substantia creatâ formatum, sicut formantur in aere soni, similes vocibus significatiu: talia autem possunt formari a dæmoni. Propter quod aullo modo potest constare euidenter, quod articuli sunt a Deo dicti. Esto etiam, quod euidens est Deum dixisse articulos, non tamen ob hoc articuli essent euidentes in speciali, sed tantum in generali. Nec forte etiam in generali talis conclusio esset scita, quia non concludetur per proprium, sed per extranum medium. Non ergo valet illa instantia: Ideo patet, quod de conclusione deducta ex principio tantum credito, non potest constare deducendi, nec necessaria sit, & vera. Non ergo propriè scita, quod concedo. Hac Durandus.

Contra cuius dicta multa objici queunt: Primo, quoniam levitatis videretur credere his, que omnime rationem excedunt, omnino: sensu, & experientia contrariantur, nisi certitudinaliter nosceremus, quod Deus verus sit eorum probator, doctor, & testis. Nec Deus sub aeterno damnationis comminatione requireret a nobis indubitatem talium creditibilitatis, nisi sufficienter, & manifeste ostendisset: hominibus te talium esse testem, atque auctorem. Denique nihil tam certum est, quod Deum mentiri non posse, idcirco dum conflat Deum esse afferente dicti, certissimum est illud esse verisimum, nec vila demonstratio certior est. Idcirco dixit Apollonus: Licet nos, aut Angelus de celo euangelizet uobis præter id, quod euangeli zauimus uobis, anathema sit. Præterea ad hoc, quod certè noscamus articulum fidei dictum esse a Deo, nequam oportet, ut uel uideamus verbum diuinum in se, sicut comprehensores: aut audiamus ipsum

Dionysius

contra Durandus

Galatas